



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Manna Animæ Sev Exercitium Facile Simul Et Fructuosum  
Illis, Qui Quoquo Modo Vacare Orationi Desiderant**

**Segneri, Paolo**

**Dilingæ, 1699**

XXXI. Ducam te per semitas æquitatis, quas cùm ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum. Prov. 4. 11.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48281](#)

nem æmuli, illecebras carnis eriam magis concupitas. Atque ita qui pecuniam amat, videretur sibi amare bonum, quod æquivaleat infinito, & quod consequens est, illud amat infinitè. *Avarus non implebitur peccata.* Eccl. 5. 9. Si dicas te non agnoscere in te ipso affectum tam fœdum, haec tenus à nobis excusatum, solerter attende, quia metuo, ne illum forte non cognoscas. *Radix omnium malorum est cupiditas.* Luxuria, Invidia, Ira frondes sunt, citò cognoscuntur. Superbia truncus est, facilius agnoscitur. At avaritia radix est, quid mirum, si nescias, quo usque se porrigit? Humo tegitur, ô quantis sub prætextibus necessitatis, convenientiae, caritatis, majoris gloriae Divinæ penetrat maledictus amor habendi in corda plurimorum, ut illigateat. An non vides, ut fibras suas insinuat ipsis Religiosis, qui tamen reliquerunt frumentum? Erit Ecclesiastes, qui è suggesto avaritiam fulminet quasi Hy-

## XXXI.

*Ducam te per semitas aequitatis, quas cum ingressus fueris, non arribabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum.* Prov. 4. 11.

*C*onsidera, quæ sint istæ semitæ aequitatis, per quæ DEUS te ducere pollicetur. Sunt Evangelica consilia. Ejus mandata vocantur *Viae.* Consilia Semite, juxta illud: *Vias tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas docere me.* Viae magis sunt notæ, mi-

nus semitæ. Et ideo ad illas suffici, ut quis tibi digito demonstret. *Demonastra mihi.* Ad istas opus est aliquo, qui diligenter doceat: *Educa me.* Itaque à DEO pete etiam de his bene instrui, ut ad sequendum moves possint, si fuerit ad ejus gloriam.

2. Cor.

2. Considera primam rationem, quare Consilia Evangelica semita vocentur, quæ est, quia viæ sunt arctiores, quam ille mandatorum. Noli propterea despondere animum, quia tantum arcta sunt in principio, certum cum ingressus fueris, cùm facilitate ambulabis, quæ incedi solet per latas: *Non arctabuntur gressus tui.* Qui enim sunt passus animæ? sunt affectus. His DEO propinquas. Isti cùm cœperint inflammati, semper cupient angustias majores, plus puritatis, plus paupertatis, plus obedientiæ, unde temporis progressu tam celeriter procedet, ut etiam currat. Passus animæ longè sunt diversi passibus corporis. Isti longiore motu denique languescunt; illi adeò non languescunt, ut etiam majorem accipiant vigorem, ideo dicitur: *Curus non habebis offendiculum;* quia qui in servitu divino lente procedit, sepe offendit, sepe impingit, sepe etiam cadit; qui currit, securissimus ambulat. Quia cursus iste aliud non est nisi magnus DEI amor. Qui multum amat, difficultatem non sentit. Unde nota non dici: *non erit offendiculum,* sed *non habebis.* Quia in Religione difficultates etiam graves aliquando non desunt, sed quia multū diligunt, perinde habetur, ac si non essent, *Nō habebis.*

3. Considera alteram rationem, ob quam Consilia Evangelica mandatis comparata semita vocantur, quæ est, quia sunt viæ minus tritæ ab hominibus. Attamen nec istud quidem te terrere debet, sed animare potius, quia nōsti Paradisum esse pauciorum, non plurium. *Pauci inveniunt.* Sunt e-

man-

Anna

Spiritu

mandatorum respectu. *Semias vocantur, & est, quia sunt quasi compendia viarum, qua calle brevissimo ad cœlum ducunt.* Sed nec istud quidem ullum tibi metum incutere debet, quasi id inde sit, quia, ut putant non nulli, mortem tibi accelerant. Non est ita. Non est mortificatio, quæ accelerat mortem, sunt in iustitiae, sunt crapulae, carnis voluptates, inimicitiae, ambitiones, temeritates, alioque tot mala, quæ status Religiosus procul habet. *Scimus autem mortis peccatum est.* Nōsti, cur consilii dicantur viarum compendia, quibus irit ad cœlum? quia viæ sunt naturâ suâ rectissimæ. Vivere faciunt perfectione maiore, quia Dominus non solos fructus offert, sed arborēt, & ita liber impedimento vadis *currens per viam compendii.* 2. Reg. 18.

25. quin habeas amplius curas illas sollicitas, quas gignit administratio facultatum, aut familiæ regimèn, aut tuipius gubernatio, quæ DEO conferas tria vota Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ nuncupando. Et dum faciunt, ut maiore perfectione vivas, consequenter ad cœlum majore celeritate transmittunt, quia purgatoriū penas faciunt breviores. Quamvis illa brevitas etiam aliunde provenit, ab operibus penitentie illi statui propriis, ab Indulgentiis maximis, à mutuâ communicatione bonorum, ab auxiliis, à suffragijs, à conditione illius actus, qui DEO vota solennia nuncupat, & Martyrio comparatur. Atque adeò per has vias, quounque spectes, non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis officium, quia saltem

multum tolletur ejus impedimentum, quod etiam post mortem moratur cœlum iter. Et hoc est, quod immo debar Apostolus iis verbis: *Felix mus ingressi in illam requiem.* Multa faciamus boni, quia sic velocius tendimus sursum, minus differetur ingressus.

5. Considera has semitas, seu istas magis arctas, solitarias, compodiosas, quæ sunt proprietates contumientes semitam, æquitatis appellata. *Ducante per semitas equitatis.* per illas incedere non est obligatione, sed æquitatis tantum, id est, rectitudinis, convenientia, congruentia. Immanus non te adstringit ad Consilium vangelica, ad ea solum hortatur. Porro an non vides, quam sit convenienter illa amplectaris: convenientis, quod ad te, convenientis, quoad DEUM. Quoad te, quia animæ tuae utilitas affectus maximam, quam quidem aenam non est debiti. Sed quid inde? Offer illam, si non ob aliud, ex charitate saltem. *Miserere animæ tuae.* Quod contentus es precepis, illi debetum præstas. Quando consilia amplecteris, misericordiam exeres. Si animæ non misereres, cuiusdemnum misereberis. 2. Quoad DEUM, quia quid rationi consentaneum magis, quam ut illi totum te reddas, quod tibi sine exceptione totum donavisti. Totum vero dare non potes nisi in Religione. Extra Religionem illi donas usum tui, in Religionem etiam proprietatem. *Miserere igitur animæ tuae, placens DEO.* Eccl. 30. 24. Quia tanto amplius placet Deo, quanto plus erga te non debetum debuit, id misericordia exercebis.

I. APRIL